

& (σι πυρονομαζειν heic lieat) σκῆτῶ, loreifunes, flagra coriacea
& mastigia Diaboli.

Ad hunc ergo Solem, Christum resurgentem, propius accedamus. Hic est Angelus ille fortis Apocal. X, v. 1: 2: 3: nempe Angelus magni consilij, qui descendit de caelo Job. III, 13: amictus nube humanitatis, in cuius capite est iris tricolor majestatis divinæ, omniscientiæ puta, omnipræsentia atq; omnipotentia, facies ejus est sicut Sol, quâ illuminat omnia, calefacit cuncta, vivificat & exbilarat universa: Pedes ejus sunt sicut columna ignis, nempe duæ illæ pietatis Christianæ bases, fides ardens & vita lucens (præfigurata in Johanne Baptistâ (γ) Job. V, 35:) librum apertum manu gerit, quia lumine illius prævio Psalm. XXXVI, 10: aperitur nobis liber signatus, ut intelligamus Scripturas Luc. XXIV, 45: Psal. CXIX, 18: Num. XXIV, 15: 16: Hic Sol clamat, ὁ σῶς λέων μυκᾶται, ἐν φωνῇ μεγάλῃ (Apoc. XIV, 7:) ἔκρηξε (Joban. VII, 37:) ἐφώνει (Luc. XIX, 8: namq; Omnis sermo Salvatoris, quia de magnis predicabat, clamor appellatur, Hieron. in cap. III. Jonæ), Ego sum lumen mundi, qui sequitur me non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vite, Joh. IX, 12. (δ) Convertimini ad me & salvi eritis omnes fines terra, Jes. XLV, 22.

Habemus ergo heic in Christo JESU resuscitato ex mortuis Solem verum & unicum nostrum. Sol creatus ille est promus condus lucis, quo orto oritur illa, quo occaso occidit
I. hic Sol terrarum flammis opera omnia lustrat.

Ita Christus noster autor est cœlestis gratiæ, est ἀνατελή ἐξ ὕψους Luc. I, 78: Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν cap. II, 32: Lux solaris est perfectio mundi sublunaris, Christus est perfectio cœli Ecclesiastici, ut meritò sacer ille Poëta exclamaverit

Chri-

(γ) Ardebat sibi, lucebat nobis: Bernard. Serm. de Job. Baptistâ. (δ) Christus est lux mundi, quod attinet meritum, doctrine fontem & efficaciam: Apostoli vocantur Matth. V, 14, lux mundi quoad ministerium, propagationem & testimonium.